



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

432. De confratriis vel consortiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 375
quidem inter se flagellentur , & capillos sibi
vicissim detondeant. Si verò per dextras con-
spiratio facta fuerit , si liberi sunt , aut jurent
cum idoneis juratoribus ; aut si hoc facere non
possunt , suam legem componant. Si verò ser-
vi sunt , flagellentur.

De confratriis vel consortiis. *Ex Concilio
Nannetensi.*

CCCCXXXII. De collectis vel con-
fratriis , quas consortia vocant , sicut verbo
monuimus , & nunc scriptis expressè præcipi-
mus , ut tantum fiat quantum rectum ad au-
toritatem & utilitatem atque ad salutem ani-
mæ pertinet. Ultrà autem nemo neque sacer-
dos neque fidelis quisquam in parrœchia no-
stra progredi audeat , id est , ut in omni obse-
quio religionis , videlicet in oblatione , in lu-
minaribus , in orationibus mutuis , in exequiis
defunctorum , in eleemosynis & ceteris pieta-
tis officiis. Pastos autem & commissariates
quas divina auctoritas vetat , ubi & gravedi-
nes & indebitæ exactiones & turpes ac inanes
lætitiae & rixæ sæpe etiam , sicut experti su-
mus , usque ad homicidia & odia & dissensio-
nes accidere solent , adeo penitus interdici-
mus ut qui contra hoc decretum agere præ-
sumperit , si Presbyter fuerit , vel quilibet
Clericus , gradu privatetur ; si laicus est aut fe-
mina , ab Ecclesia usque ad satisfactionem se-
paretur. Conventus autem talium confratrum ,
si necesse fuerit ut simul convenient , aut fortè
aliquis contra parem suum discordiam habue-

Cencil. Nan-
net. c. 15.
Hincmar. C. 1.
pitula tit. 1.
c. 16.

Aa iiiij